

De morbis Uterinis,
OBSERVAT. I.

De suffocatione matricis seu cum convulsionibus
Epilepticis.

VNica Filia Virgo Dn. Samuelis Kiechelii, Civis Ulm. primarii & opulentissimi, ex suffocatione matricis, pœnè in lethalia incidit symptomata, in lecto decumbens prostrata, oculis clausis, nullum edens sermonem, n̄ interdum brachia quatiens, vociferata, prius Parentes alterius Medici operâ usi, cum nihil proficeret, & meum requisitum consilium, accedo, ægram intueor, varias percontor circumstantias, & qualia adhibita remedia, sciscitor. Inter cætera aquam odoriferam ex aqua cinnam. & conf. alker. constantem, exhibitam comperio, cui me oppono & in affectibus hystericis, noxiam repudio. Et si haud desint exempla foeminarum, quæ citra damnum, aut felici etiam successu, odorifera ferant, sed cum id rariùs contingat, quin potius exin in graviss. symptomata præcipitentur, & *idiuvyrogia* seu peculiaris cujusque ægra Natura Medico sit ignota, non nisi per Experimentiam cognoscenda, cui odorata sint amica, vel adversa, in re ambigua, consultius videtur, ab illis abstinere, propofui aq. anti-

hystericam seu de meliss. compos. & Empl. matricale ex Galb. & G. Tacam, a. ʒvi. diff. ext. alur. infra umbil. apl.

Cum Parentibus mea sententiâ visa plausibilis, illa à me consignata erant in officinâ præparata & ægræ oblata, exin quietior reddita, intra horam ad se rediit & loqui cepit. Altero die & tertius Medicus, qui peregrè aberat, reversus, in illius ædibus divertit & ad plenariam valetudinem recuperandam communi consilio quædam ordinata. Cum sitis urgeret, concessum vinum cydoniatum, etsi mihi erat suspectum, in affectu matricali, sed refragari nolui, ne me, velut in omnibus adversarium, passim traducerent. Cum autem ægra illud copiosius assumpsisset, in convulsionibus Epilepticis incidit horrendas, ad malum illud propulsandum, nihil magis contulit, quam seq. decoctum.

℞. R. angel. zedo. levist. a. ʒi. dec. in lb. 2. jusc. Gall. macri ad cõlumpt. ʒ. 3. part. pro tribus dosibus matutinis.

Et sic vindicata in pristinum sanitatis statum.

OBSER.

OBSERVAT. II.

*Suffocatio matricis servissima falsò splenetica
judicata.*

CUM Generosa Virgo Sybilla Baronissa *Bevenhullerin* ex Carinthiâ, Naturæ melancholicæ, per annos aliquot sæpius recurrente paroxysmo, ingenti suffocatione infestata, plerique Medici putabant id mali prodire à malignis vaporibus vitio Lienis progeneratis & sublatis ad diaphragma, id mihi absolum visum. Fortè contigit, ut Gen. ægra pœnè per totam noctem tam gravi suffocatione exagitata, ut in horas expiratura crederetur, cum ego è somno excitatus & advocatus hærebam in suspenso, quidnam de morbi genere judicandum, & qualia præscribenda remedia, suspicatus affectum maticalem, curavi adferri aquam de melissâ compositam (quæ apud nos in frequenti usu,) cujus 2. 3. cochl. ilicò infundo, miraculi instar ad se revocata, omnis dyspnæa subitò desit. Exin innotuit, *paroxysmum* illud admodum chronicum potius hystericum, quam splenicum fuisse, à corruptis vaporibus ex utero expirantibus & diaphragma impetentibus, tantam angustiam concitantibus.

OBSERVAT. III.

*In quadam matricis suffocatione, usus camphoræ
noxius.*

QUÆDAM honesta Matriona Ulm. cum ex symptomatis hysteriis periclitaretur, ego mediâ nocte excitatus & ut ægram inviserem rogatus, pareo & me sisto, cubiculum ingressus, ipsam offendi decumbentem oculis clausis, elingum, ilicò præscripti aq. maticalem de melissâ compos. Scheda in officinam est delata & aqua quidem maticalis allata, sed errore pharmacopæi non attendentis aut observantis meum præscriptum, missa aq. maticalis camphorata, cujus cum cochl. i. ægræ infudissem, vociferari cepit querulâ voce, quid agitis, totum caput exin exardescit quasi igne succensum: id mihi erat admirationi, ablegavi ancillam in officinam ad inquirendum, qualis illa aqua transmissa, comperitum, oblatam camphoratam, cum illa altera de melissâ compos. à me ordinatâ, in illius pharmacopolio non extaret præparata, proin illam

Aa

cx

ex alia officina afferendam curavi, cum allata & ægra oblata, ipsa statim se recolligere, oculos aperire & loqui cepit, vindicata in pristinum statum. Etsi camphora aliàs in affectibus hystericis haud ignobilis, tamen reperiuntur complures fæminæ, quibus illa adversaria præsertim quibus obrigit calidior capitis constitutio, cum ob spiritus volatiles illicò caput petat & cerebrum imbe-

cillius feriat. Ægra illa luculento sit exemplo, cujus complexio sanguinea & facies rubicunda, calidior temperatura. Oportet igitur cautè ac circumspèctè agere, & ad præsentis subjecti Naturam respectum habere. Meritò etiam objurgandus venit Pharmacopæus ille, qui pro suo ingenio, non autem meo Genio, alienam tradidit,

OBSERVAT. IV.

UXOR Civis Ulm. ordinis mercatoris gravissimis symptomatis molestata, sæpius lipothymia vires atterente à malignis vaporibus ab utero expirantibus, orificium ventriculi, & cordis thalamos impetentibus.

Primo clystma injectum:

℞. Herb. mer. beton, meliss. anth. malv. a. m. s. fl. chamo. p. 3. sem. anis. fenic. carvi. a. ʒi s. dec. in aq. ad med. In col. ʒx. dis. El. diacath. ʒj. Hier. s. Gal. ʒij. mel. anthos. ʒi s. ol. chamo. ʒj. amygd. d. ʒi s. sal. parum. f. cl.

Pro lipothymia abigenda nihil magis contulit, quam spir. matric. camphor. gut. 6. 7. cum coch. 2. aq. meliss. Interdum exh. aq. d. meliss. compos. quæ suam etiam laudem meretur. Oblata gr. vi. bezo. ori.

cum aq. meliss. ad sudoris elicium. Cum ab alijs cibus abhorreret, lac amygd. d. extr. cum aqua, in qua indicum lig. assafr. efferb.

Etiam cum fructu apl. Empl. ex Galb. & G. Tacam. a. ʒvi. diss. & extend. alu. infra umbilicum.

Ubi restituta, viribus jam recollectis expetebat vinum medicatum pro corporis evatuatione,

℞. R. Enul. cich. fenic. a. ʒij. herb. abs. rom. card. b. meliss. anth. hyss. a. p. i. fol. sen. f. f. ʒi. agar. tro. ʒiij. R hab. Jalap. a. ʒij. dact. jujub. a. ʒss. gal. min. ʒj. f. sac. pro. ʒ. quart. vini & lb. i. aq. meliss.

Cum prius aliorum Medicorum opera usa, sed à me ordinata suæ Naturæ magis convenientia deprædicabat.

OBSERVAT. V.

Hystericæ lap. Bezo. ori. refocillata.

Virgo Kauffbeirensis 40. ann. ex passione hystericâ periclitata, ex corruptis

ruptis vaporibus uterinis, ut querulum, n̄ subito succurratur, id disruptum iri. Ilicò obtuli bezo. ori. gr. vi. cum aq. meliss. & derepentè ome malum depulsum,

OBSERVAT. VI.

UXor Mercatoris Ulm. variis symptomatis infestata procedentibus à corruptis vaporibus matricis, aderat dolor capitis circa tempora imprimis molestus,
 ℞. Aq. Hirund. cum cast. ʒj. Theriac. ceph. ʒʒ. M.
 Linteola imbuta & express. cal. apl. cum magno levamine. In lipothymia tollenda, præstans auxilium sp. matric. camph. gut. 7, 9, cum aq. meliss. coch. 2.
 Empl. matric. apl. ex Galb. & G. Tacam. an. ʒʒ. dil. & ext. alu. infra umbil.
 Pro potu dec. lig. lassafi. p. i. in Mens. aq. feru.

OBSERVAT. VII.

Virgo Ulm. ex suffocatione matricis oculis clausis, sine voce quasi exanimis in lecto prostrata, ego media nocte vocatus. Ad excitandum, ℞. Ruta m. i. f. Nod. infund. acetoso rutac. naribus apl. Aq. d. meliss. compos. exh. per os.
 Infra umbil. Empl. apl. ex Galb. El. G. Tacam, a ʒvi. diss. & extr. alut. palmæ manus latitud. forma rotunda.
 Intra horæ quadrantem ad se rediit & loqui cepit.

OBSERVAT. VIII.

Cum Uxor Rever. & celebratis, Theologi Dn. D. Cunradi Theodorici, Superint. Ulm. in puerperio Filioli Cunradini, terminibus ex uteri impuritate, correpta, & sibi moriendum imaginaretur, Primo 2. clysmata purgantia ordinata.
 ℞. Herb. malv. mere. beton. meliss. a. m. β. β. chamo. melil. aneth. a. m. β. sem. anis. fenic. carv. a. ʒij. dec. ad med. In col. ʒx. dil. El. diacath. ʒj. Hier. ʒ. Gal. ʒij. ol. chamo. aneth. amygd. a. ʒj. mel. anth. ʒj. vit. i. o. sal. parum f. cl.
 Cum autem dolor non cederet, ad sola anodyna accessi per alvum infundenda.
 ℞. Ol. chamo. aneth. amygd. d. a. ʒ2. sacch. rub. rub. mell. anthol. a. ʒj. vit. 2. ovof. Juris Gallin. lb. β. f. cl.
 Bis reiteratum. Valdè commendabat medicamentum & Medicum. Illi clysteres in terminibus ventris per 2. 3. horas retenti, sæpius emolliendo excrementa, plures secessus provocare soliti, quam si purgantes injecti.
 Aa ʒ

OBSER-

OBSERVAT. IX.

UXOR Dn. Matthæi Becken / Civis Ulm. Mercatoris, cum alvus constipata in puerperio, & totus venter intumesceret quasi adhuc esset gravida, cum torminibus, de vitâ periclitari judicaretur, maritus accurrens accommodata efflagitabat præsidia, clysmâ ordinatum.

℞. Herb. malv. alth. betæ, merc. a. m. i. fl. chamo. melil. a. m. s. sem. anis. ʒij. dec. ad med. In col. ʒx. El.

diacath. ʒj. ol. amygd. d. chamo. a. ʒiʒ. mell. anthos. ʒj. vit. i. o. sal. parum f. cl.

Ol. amygd. rec. cum jusc. Gall. Pro ipothymia avertenda.

℞. Aq. ceras. ʒi. bor. bugl. meliss. lil. conval. a. ʒj. capon. f. ʒi. cinnam. ʒvi. marg. præp. ʒj. bezo. gr. 4. man. Chr. perl. ʒvi. M.

Illic convaluit.

OBSERVAT. X.

Morbus virgineus.

NOb. Virgo à Lapheim / morbo virgineo, cum obstructione menstruorum & icteritiâ, à pituitosis & biliosis humoribus.

Primo: ℞. Extr. Panchym. Croll. ʒiʒ. extr. coch. ʒj. cum aq. meliss. f. p. 15.

℞. R. cich. Enul. fænic. a. ʒij. polyp. q. ʒiij. herb. meliss. abs. hyl. beton. a. m. s. card. b. cent. min. chamæd. cusc. a. p. i. fol. sen. s. f. ʒj. agar. rec. tro. ʒiʒ. Rhab. Jalap. a. ʒij. cremor. Tart. ʒij. cinnam. ʒj. gal. ʒij.

passul. ʒj. f. succ. pro Mens. vini.

Pro obstructionibus referendis:

℞. Chalybis cum sulph. præp. ʒj. fæculæ R. Aaron. ʒiʒ. succin. alb. præp. cinnam. a. ʒ4. corall. rub. præp. ʒij. marg. præp. ʒj. f. p.

Dividatur in 14. partes, cum vino

abs. exh. & post per horam se exerceat.

Magno & exoptato successu, apertis obstructionibus, vitiosi humores colliquati & per alvum in copiâ exturbati.

OBSERVAT. XI.

De virgine à morbo virgineo vindicata.

CUm Virgo 25. annorum Filia Civis Ulm. primarii, facie pallidâ & subtumidâ ac bile suffusâ, per aliquot menses ciborum inappetentiâ, pectoris angustiâ, totius lassitudine

spontaneâ, difficili incessu, præsertim si locâ acclivâ scâdenda, crurum etiam si in lecto decumbit, molestâ exagitatione, infestata, cum menstruo fluxu diminuto.

Primo

Primò alterius Medici consilio
usa, varia purgantia sat valida præ-
scripta, & acidularum potus per tres
septimanas continuandus proposi-
tus, obsequium præstitum, sed sine
ullâ symptomatum allevatione. Ex-
in urgente necessitate, & mea requi-
sita opera. Primò ordinavi pilulas,
ratus in visceribus internis recondi-
tos phlegmaticos humores cum bile
mixtos, prædictorum symptoma-
tum authores.

℞. Extr. Panchymag. Croll. ℞ij.
Extr. pil. aur. ℞j. cum aq. meliss. f.
p. 27.

Primo die decem secessus sat co-
piofi procurati, sequenti matutinâ
tertiâ vice, rejectâ materiâ mucila-
ginosâ, cum multo levamine. Cum
ægrè solubilis, aliâs ad istam dosin
non ascendissem.

Cum restaret difficilis respiratio:

℞. Loh. sani & experti ꝑj. sp. diair.
f. ℞iiss. ol. sulph. acidi. ℞b. syr. liquir.
oxym. scill. a ꝑvi. M.

Manè & vesperi parv. nuc. mag.
sumpsit, cum notabili commodo,
per octiduum post.

℞. M. pil. d. sagap. secundum descr.

Dn. D. Horst. ℞j. cum aq. artemis.
f. p. 15.

Exin quinque sedes causatæ, ex-
cretâ materiâ phlegmaticâ lentâ,
cum symptomatum remissione ap-
petitus dejectus resurrexit, lassitu-
do recessit, auriginosâ dispositio eva-
nuit. Cum in ægrâ illâ tanta viscoso-
rum humorum saburra delituerit,
nihil miri, quod acidularum haustus
infructuosus, cum potius conferant
in morbis à biliosis, quam pituitosis
humoribus concitatis. Si malum
non cessisset, vinum chalybearum
ordinare constitueram Adriani à
Wynsicht/experimento mihi pro-
batum. Sed cum cæteris symptoma-
tis profligatis, in cruribus ad motum
difficultas residua, ad humores ner-
voso generi impactos, & gravamen
invehentes, resolvendos, & totius
corporis corroborandi gratia, Ther-
marum usum proposui & cum oc-
casio tum aliter non admitteret, Bal-
neæ oppidanæ nostratæ, cervinæ di-
ctæ, adhibita, & cura ex voto succes-
sit & ægram ab omni molestia im-
munem reddidit.

OBSERVAT. XII.

*Puerpera quasi hydropica, sinistra medicatione ad
orcum ablegata.*

Cum fœmina quædam honesta solito magis intumesceret, ex lar-
Gravida & ejus torum abdomen, giore cerevisiæ ingurgitatione, ut
Aa 3 conje-

conjectura, ipsam insimul hydrope infestari, praesertim cum edito partu, tumor etsi minor, non tamen totaliter evanesceret, die 10. à partu ego accersitus, deprehendi crurum tumorem exiguum residuum, nec ventrem multò elatiorem, non renitentem, sed mollem, cum adesset levior diarrhæa, Naturâ se exonerante à cacochymia, consultum existimavi, illi in mundificandis vitiosis humoribus imprimis serosis, suppetias ferre, leni ac benigno solutivo.

℞. Syr. d. Mann, laxat. ℥x. diss. in aq. meliss. ad crem. tart. ℥β, M.

Cum *εὐφορία* evacuata. Ut & lochia expeditius procederent, sequenti matutinâ exh. ℥j. Tart. vitriol. cum jus. Gall. cal. cum optato successu. Cum de pectoris angustia querela, aqua mundificans ordinata magno cum emolumento.

℞. Aq. hyss. ℥iij. scab. card. b. veron. tussil. a. ℥j. asthmat. ℥iβ. sacch. eand. al. ℥vi. M.

Eam deprecabatur non tantum in depurando pectore à phlegmate, sed & pro viribus restaurandis, sibi valdè acceptam asserens.

Etsi pectoris coarctatio recesserit, succedente liberâ ac expeditâ respiratione, pedes detumuerint, totum abdomen mollius evaserit, ut de hydrope nullum amplius discrimen verendum, & cum iste affectus à copiosiore cerevisia haustu cōtractus,

exinrationi consonum viscera interiora sanguificationi destinata, haud corrupta, sed *εὐπαλαγχια*. Cū sepius accidat, ut Gravidæ consimilibus tumoribus obnoxia, qui tamen ab enixu, Naturâ vitiosos humores cum lochijs per uterum excernente, evanescant, indubiam spem faciens ipsi ægræ, cum jam 10. tantum dies à partu, & plæraque symptomata disparuerint, quin successivè, & per alvum & per uterum, omnia excrementa residua, & hæctenus beneficio Naturæ & artis factum, penitus exterminari queant: si requisierit necessitas, constitueram reiterare,

Pul. Tart. vitriol. ℥j. cum gr. 4, magist. Gummi. Gamandr.

Id medium in consimili casu, prærogativam habere merito censendum, citra ullam virium offensivam.

Sed proh Deum immortalem, quid contigit? O stupendam hominum temeritatem, semper affectantum novitatem. Etsi cura illa à me felici auspicio cæpta, ut nulla diffidentia concipienda, de minùs prospéro successu: sed cum quadam fæmina garrula intervenisset, & alium Medicum, qui recens advenerat, celebrando proposuisset, & illi invitæ ac primitus renitenti, verborum lenociniis tandem persuasisset, ut Fato suo infausto, dederit assensum. Medicus ille nullo habito respectu mollioris

Moris ac delicatioris Naturæ, non vi-
rium, non puerperii (cum 14. dies
à partu) protinus se accinxit ad hy-
dropem in utopiâ curandum, cum
ab eo nihil amplius periculi, sed si
quæ reliquiæ adsint, pedetentim
cum lochiis exterminandâ. Præscri-
psit autem vinum medicatum, ex sac
validis hydragogis concinnatum.
Primo haustu assumpto, ægra ex
commotione seu exagitatione hu-
morum, in tantam respirationis dif-
ficultatem incidit, ut suffocationis

periculum immineret. Hoc non ob-
stante, ægram ad reiterandam vini
portionem impulit, cum secundâ vi-
cæ assumpsisset, in lecto erecta cer-
vice sedens, & auram captans, fuit
suffocata. Nemo, cui mens salva, ali-
ter judicare potuit, quin ægra sini-
strâ medicatione, in orci fauces præ-
cipitata, non suâ quidem culpâ, sed
alterius impulsu, Medicum illum
velut *δαμνατὸν ἄνθρωπον*, laudibus ad astra
evehentis.

De Hæmorrhagiâ uterinâ.

OBSERVAT. I.

Vxor Dn. Henrici Schwarz
Archigramm. Ulm. per ali-
quot menses gravissimo &
contumaci sanguineo fluxu
uterino detenta, incredibili copiâ
quotidiè præmanante, ut de vitâ pe-
rielitata, & medicamenta averfata,
oportebat me cautè procedere, &
suavia, quoad ratione morbi *divinos*,
proponere.

Pro corpore leniter evacuando.

℞. Mann. el. ʒiʒ. syr. d. Rhab. Au-
gustan. ʒj. vel ʒx. aq. cich. q. β. ad diss.
ad massam sanguineam à bile emun-
dandam.

Præ cæteris, ab hoc magnum le-
vamen.

℞. Vitell. i. o. aq. plant. vini rub.
2. cochl. 3. parum bull. & cal.

Sumat per aliquot matutinas. In-
terdum cum exiguas doses appete-
ret, exh.

℞. Magist. corall. rub. gr. 12. vel
15. cum aq. plant.

Id aliquoties reiteratum.

Lac amygd. d. sic præp. ℞. C. c. v.
ʒij. dec. in mens. β. aq. immacer. pa-
nis tostus. In col. exting. frustum au-
ri candesc. cum qua & ʒ3. amygd. d.
f. Emuls. dulcor. sacch.

Uta etiam syr. corall. ʒ2. Granat.
ʒj. M.

Aq. cordialis:

℞. Aq. bor. bugl. teraf. capon. f.
ros. a. ʒj. cinnamo. ʒvi. corall. rub.
præp. ʒij. marg. præp. gr. 15. man.
Chr. perl. ʒvi. M.

℞. Co.